Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ad locum ubi erant socii ei. Iste igitur talis ac tam cum in tantis malis esset
quadam tempore a quodam uiro religioso audiens uerbum dei. et in die iudicii fu
turam examinationem inter iustos et peccatores inter omnipotentem et seculum. et inter
amaras gehennae et ignis aeternis penas. et cruciatus sine fine in tenebris ex
teriores quae parata sunt iniquis et peccatoribus. inter audiens aeternam gloriam et et
nos honores. et requiem in regno celorum inter angelos sanctos. quae parauit dis
iustis et sanctis. et seruientibus ei. compunctus corde cepit amarissime flere cum
gemitu et eiulatu. et ingressus monasterium dedit se in penitentiam et
exercitabat semetipsum in multis laetanis. indulgentiam et uenam pecca
tis suis. de pietate et misericordia a domino postulando. et ita permansit in mo
nasterio. Quodam tempore in cellulam eius ingressi sunt latrones ignorantes quis
esset. erant enim quatuor. qui ligauit simul sicut labanam de paleis. et imposuit
eos super dorsum. et detulit eos ad ecclesiam fratrum dicens. quia iam minime expedit
nocere aliquem. quid iubetis de istis disponite. Tunc illi latrones cognouerunt
quod ipse esset moyses quem fuerat sceleratissimum inter latrones. et compunctus est
corde glorificantes dominum quem non repellit peccatores. sed suscepit penitentes
ut saluentur in aeternam salutem. et hec dicentes. ut diuinitus compunctus est corde.
et dederunt se in penitentiam abrenuntiantes omnibus malis actibus et con
cupiscentiis et carnalibus desideriis. Huic moysi instituerunt demones. et
secundum consuetudinem eius antiquam luxuriam fornicationis ingerentes ei.
Quia tam uaide tentatus est sicut ipse referebat. ut paulominus a proposito suo ce
cideret. Itaque ex hoc uaidi abstinebat et in uigiliis amplius addebat. et
opa manuum pensis exercebat. tabefaciens corpus suum. Denique proposuit
se non dormire iacentem in matutina. sed per totam noctem stando in cella ora
bat et psalmodiam explebat. nam parietibus se reclinans parum quod somnu
capiebat interim posuit aliam obseruantiam. egrediebatur noctibus et ibat
per cellas senum. et tollebat hydrias ex in quibus illi hauriebant aquam.
et portabat illis aquam. In longinquo enim habent et quadam duo miliaria.
alia autem et quinque miliaria. Quadam nocte non sufferens demon feruentem